

1787.

1. \* Ackermannius : Annotatio X ex adversariis iuris  
fudicarii. Programma, quo ordinarius senior ceteri  
iuris assessores fac. iur. memoriam Ackermannianam  
indicunt.
2. Bornius : Annotatio XI ex adversariis iuris fidi-  
carii. Programma, quo ordinarius ceterique amici  
iuris fac. iur. memoriam Bornianam indicunt.
3. \* Lass, Th. A. Neplius, T. R. T. Cimex, &c : Collationem  
iuris Criminallis XII. Programma, quo ordinarius  
senior ceterique assessores fac. iur. solennitas  
Doctoralia Th. A. Neplij, Comitis de Lass. . . . bes-  
tan tur.
4. \* Sylvester et Pilwicka, Rudolphus Ferdinandus  
C. G. &c : (Paracensis ad studiorum : Studii litterarum  
cum cum amiciductate tractantur). Program-  
ma, quo triam facult. seniorum et ass. memoriam  
amicus adversariam Rudolphii Ferdinandi C. G. de Sylvester  
et Pilwicki indicunt.

1787.

5. Bauner, Henricus Gottfr.: Commentationes ad XII  
prima capitula lib. de i. j.
6. Bauner, Christ. Gottfr.: De hisarchia concursu  
ordinum in imperio Romano. Germanico reformato. 13
7. Baumer, Charles Gallat: Le sensu la nautarum  
in ripis fluminum navigiorum Tippel 14  
ex Tivedel vulgo appellata.
8. Delhe, Petrus Stephani: De cessione hypothecae  
fundatis abzue domini directi concurna jure  
Saxonic invicta.
9. Erhardus, Christianus Daniel: De sponsoriis  
juri gentium. Prolesio, orationi ac spiculi  
prosemissa.
10. Hommel, Rudolphus: Quod de puenis Romanorum  
Criminalibus jure Turcianus oboris philosophice  
Lahendam est?
11. Keerias, Petrus Fridericus: Theslela Illustri

1789.

12. Kindais, Io. Adamus Theophilus: Num in successione in plenum commune coius est si compresero.  
res simulaneae investitio patiores sint?
13. Kindais, Io. Adamus Theophilus: De originibus lectionis ac speciatione überlebensabiosis Savonarola.
14. Paetkauanus, Iuris Civilium Ernestus, fac. iur. procac.  
ullarus: (De mortis causa donatione abrente  
licet et ignorantie donatario facte, f. iure validâ).  
Programma, quo sollemnia inaugurations Ioannis Augusti  
Beckii indicat.
15. Paetkauanus, Iur. iud. Enj. fac. iur. procuracella-  
nus: (De poenit. exemplaribus). Programma, quo  
sollemnia inaugurations Dr. Fr. Theodori Rallei  
indicat.
16. Paetkauanus, Iur. iud. Enj. fac. iur. procuracellarius:  
(De delatoribus præciis hanc excusandis). Programma,  
quo sollemnia inaugurations Friderici Traugott Harckii  
indicat.

7787.

17. Rau, Christianus, fac. iur. pro cancellario<sup>s</sup>  
(Ordo equites epud Romanos, quae tempore orbis  
eiusmodi, qui interiectus quasi et medius  
inter se natum est plebem erat 2). Programma,  
quo solennia inauguralia Comiti Friderici Rolle  
indicata.
18. Rau, Christianus : De appropratione fundorum  
sine consensu successoris in dominium directe  
nonnunquam invalida.
19. Dichterum, Chrys. Gull : Specimen animadversio-  
num de scriptoribus iuris Albei atq. Fr. Albert.  
Friderici bibliothecam Graecam.
20. Raetzig, Carolus Graecus : De jure anglie legatarum  
secundum ius gentium absolutam dubio.
21. Rolle, Thoma Fridericus Theologus : De rescripto  
mandatisne ab imperatore sine statuum imperii  
causam ad finem Camerale datis vi  
et efficacia descriptis.

1787.


22. Röder, Iohannes Fridericus Thostus : *De alesso.  
utris magistrorum Romanorum.*

23. Winckler, Carolus Gorpon : *(De officio iudicis  
comprehensionis) Programma, quo solemnis doctora-  
lia Caroli Theopetri Dabke indicit..*


24. Winckler, Carol. Gorpon, &c. : *De fundi in pecunia  
constituti pecuniae et quanti fundalis in ore-  
dorum ampliata habenda ratione secundum  
ius Electorale Saarwerda.*

1997  
verfasst: 18. Februar 1880  
in Leipzig, nachdem die Herausgabe der  
"Festschrift für den 100. Geburtstag des  
Herrn Auguste Comte" abgeschlossen  
war und während einer kleinen Reise nach  
Berlin und Potsdam.  
Mit dem Gedanken, dass es sich um  
eine Art von "Festschrift" handelt, welche  
die Erinnerung an den großen Mann und seine  
Lehrer und Werke aufrecht erhalten und  
verbreiten soll, habe ich mich entschlossen  
diese Festschrift zu verfassen.  
Die Festschrift ist als eine Art von  
"Gedenkschrift" gedacht, welche die Erinnerung  
an den großen Mann und seine Lehren aufrecht  
erhalten und verbreiten soll.  
Die Festschrift ist als eine Art von  
"Gedenkschrift" gedacht, welche die Erinnerung  
an den großen Mann und seine Lehren aufrecht  
erhalten und verbreiten soll.  
Die Festschrift ist als eine Art von  
"Gedenkschrift" gedacht, welche die Erinnerung  
an den großen Mann und seine Lehren aufrecht  
erhalten und verbreiten soll.









DE

17876.

123.

HIERARCHIA  
CONSENSV ORDINVM IN IMPERIO  
ROMANO-GERMANICO  
REFORMANDA

---

AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

D. CHRISTI. GOTTLLOB BIENERO

IVR. NAT. ET GENT. PROF. PVBL. ORD.

A. D. XXIII. MAII CCCLXXXVII

H. L. Q. C.

D I S P V T A B I T


CHRISTIANVS GUILIELMVS  
FRANKE

LIPSIENSIS

---

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIA





## DE HIERARCHIA CONSENSV ORDINVM IN IMPERIO ROMANO - GERMANICO REFORMANDA.

### §. I.

*Hierarchiam ecclesiae catholicae in Germania ordinum decreto et Imperatoris auctoritate esse innouandam, statuitur.*

**I**nter ea, quae hodie in hoc terrarum orbe voluntur, haud dubie curiosorum excitant attentionem innouationes, sive, quae dicuntur, reformationes in rebus ecclesiasticis. Nimis diu perseueravit cleri regnum, quam ut amplius, depulis superstitionis tenebris, et luce purioris philosophiae redeunte, ferendum videatur. Attamen cum saepius terminos egrediantur non tantum, qui suscipiunt eiusmodi reformationes, sed et praecipue, qui has litteris defendere, illorumque actiones proponere student tanquam legitimas, bene cavadum, ne permisceamus iustum atque vtile, neue omnia nostro commodo, aut, quod interdum fieri intelligimus, nostra lubidine metiamur. Haud magnus eorum erit numerus, qui, permultas eiusmodi correctiones e republica futuras negent; at quaeritur, an et legitime hoc fiat, an conueniat cum iustitia, cum fide publica, cum pacis et conventionibus, quas etiam principes et populorum rectores tueri et obseruare fas est? In Germania in primis nostra quaestio saepe mouetur, quid in innouanda republica iustum sit iniustumque? cuius rei exempla ex historia imperii nouissima non promam; attamen in innouanda ecclesiae catholicae hierarchia facile quoque oriri potest disputatio, quorum consensu ex formula imperii publica id fieri debeat. Evidem in ea semper sui opinione, nihil temere in Ger-

mania esse innouandum; innouationes autem quascunque aut necessitas exigit, aut reipublicae suadet utilitas, consensu totius imperii, id est ex ordinum decreto in comitiis congregatorum, accidente imperatoris auctoritate, fieri debere. Quae quidem regula an in reformanda ecclesiae catholicae hierarchia adhiberi possit, subdubitanti hoc ipsum denique, argumentis in vtramque partem expensis, obtinere videbatur, omnesque hierarchiae innouationes statuum Imperii consensu fieri oportere. Quamobrem cum ex instituto Academiae nostrae daretur mihi occasio scribendi, meae opinionis argumenta breuiter proponere constitui, non, ut satis rei fiat, quippe quod vires superare meas bene sentio, sed ut virorum hoc in genere excellentium cura excitetur, quorum monita mihi erunt longe gratissima.

Nostrum in primis excitarunt studium ACTA CONGRESSVS IN BALNEIS AMIANTIS anno praeterito habiti et decreta quatuor Archiepiscorum Germaniae consensu statuta, Imperatorisque auctoritate firmata<sup>\*)</sup>. Varia hic occurunt, quae, et si multis forsitan, rei nouitate abreptis, probantur, diligenter tamen consideranti dubia mouere, neque plane consensum extorquere valeant. Veneror haec de creta, patriae consulendi studium magni facio, sed si legitimo modo haec omnia sunt exsequenda atque ad effectum deducenda, id consensu totius imperii fieri debere statuo. Audiantur argumenta!

## §. II.

### *Primum argumentum hierarchiae consensu ordinum reformandae.*

Quanquam certissimum neque ulli est dubitationi obnoxium, imperium sacrum nulla lege diuina, neque naturali neque reuelata, esse fundatum, nemo tamen sibi temere persuadebit, eiusmodi instituta legibus diuinis, rebusque sacris repugnare, ideoque ex hoc loco

nou

<sup>\*)</sup> Resultat des Emfer Congresses, von den vier deutschen Erzbischöffen unterzeichnet etc. Fr. u. Leipzig. 1787. 8.

non petam argumenta. Imperium in Germania sacrum paulatim fuit admissum receptumque; cuius rei origines et progressus hic afferre, meum non est, attamen, Imperatoris et Principum Germaniae consensu haec gesta et constituta fuisse, ex vniuersa patet historia. Nimiam Pontifici concessam fuisse potentiam, nimium fuisse huius imperii ambitum, haud equidem infinitas eo, neque ibit quisquam sanus. At hoc ita accepit aetas ista, in qua Pontifices, ubi fieri potuisse, omnem terrarum orbem sibi subiecissent. Supersticio istius aevi, tyrannis fedis Romanae, erroresque ex Pseudo-Isidoro dominantes, praecipua tanti operis fuerunt fundamenta, neque tamen solum accessit tacitus Principum consensus, sed pacta quoque conuentata, ut certissimum sit atque ex historia constet, Imperatoris et Ordinum consensu introductam fuisse hierarchiam. Iam vero quo modo aliquid introducitur, aut recipitur, eodem neque illo alio modo ei derogari, aut circa istud immutatio fieri potest: quod igitur omnes ordines iniere, in quod totum corpus consensit, ab hoc unus alterue recedere, idue immutare nequit. Sed superstitione depulsa, cognitis mediis aevi erroribus, detectis Pseudo-Isidori imposturis, atque ita pristinis hierarchiae fundamentis labefactatis, quaeritur, anne sua sponte totum istud opus tantis moliminibus exstruetum corruat? mihi quidem id non videtur. Quamuis enim rationes, quae maiores nostros impulerunt, nostris cessant temporibus, ius tamen Pontifici Romano totique clero quae situm ideo adimi nequit, multo minus ab iis ipsis, qui obligationem suscepserunt, pro lubitu immutari potest. Quod si sit, vim inferri iuri alterius quaesito palam est, id eoque, hanc rem totius imperii consensu expedientam, atque ex ordinum consensu, quid e republica sit, definiendum intelligitur, quodcunque vero alio modo decernitur, imperii Germanici formulae esse contrarium.

## §. III.

*Alterum argumentum hierarchiae consensu comitali innouandae proponitur.*

Status imperii ecclesiasticus ad rem formulariisque publicam aequae pertinet, ac ciuilis; vterque legibus imperii ordinumque consensu fundatus fuit: exinde sequitur, vt nouis legibus comitorum consensu innouari debeat. Ecclesia tanquam corpus in ciuitate nostra semper considerata fuit, et cum vtriusque olim incerta essent iura, adeo, vt salus publica turbaretur, resque publica detrimentum caperet, placuit pactis conuentis omnia definire, eaque pacta in numerum legum fundamentalium referre. His igitur sine libero omnium Imperii Statuum suffragio derogari nequit.

Quae primum hoc pertinent, sunt haud dubie CONCORDATA NATIONIS GERMANICAE a. 1448. inter FridericuM III. Imp. et Nicolaum P. P. V. inita. Publicam illa auctoritatem naecta, quam sanctissime inter partem vtramque fuisse confirmata, constat; quis igitur est, qui hisce fidem atque valorem adimere velit? Dubitari quidem possit, et, ni fallor, sunt qui dubitant, an valeant amplius Concordata nationis Germanicae, immutata scilicet ratione, immutatis temporibus; at argumenta haec haud quaquam adeo sunt firma, vt plane iis, quae iustissima forma, quae auctoritate totius nationis Germanicae nituntur, neque unquam in hac forma neque per eandem auctoritatem rursus sunt sublata, sed potius magis magisque confirmata, eripere possint valorem et quod circa omnia pacta iustum est, nimurum ut seruentur, excludant. Itaque Pontifex Romanus iure suo postulat, vt ne Principes iura ipsis pactis statuta infringant, quippe imperii consensu nituntur; idque tam diuinis quam humanis repugnat legibus, obligationem ab eo, qui tenetur, pro lubitu mutari atque exui. Ex quibus efficitur, vt, quae in hierarchia absque totius impe-

rii consensu innouantur, nullius habeantur momenti. LYNKERV<sup>s</sup> \*)  
huic argumento tantam vim tribuit, vt omnem abiiciat spem refor-  
mandi hierarchiam.

Iam vero non tantum ipso iure stant haec Concordata, sed po-  
stea quoque denuo sunt confirmata, ideoque nouam auctoritatem  
naecta. Sic in INSTRVM. PACIS OSNABR. Art. VIII. §. 4. circa finem  
expressis verbis monetur: „de caetero omnes laudabiles consuetudi-  
nes et sacri Rom. Imperii constitutiones et leges fundamentales in  
„posterus religiose seruentur, sublatis omnibus, quae belli eorum  
„temporum iniuria irreperserant, confusionibus.“ Ad has autem le-  
ges fundamentales Concordata quoque pertinere Nationis Germani-  
cae, quis est, qui negare possit?

Imperatori in primis iniungitur, vt Concordata obseruet custo-  
diatque. Multa adsunt, ex quibus id ipsum potest probari, loca in  
illo ipso regiminis instrumento inter Imperatorem et Principes Ele-  
ctores initio; Art. II. §. 3. promittitur; „Wollen die G. B. den Frie-  
den in Religion- und Profan-Sachen,..... sonderlich aber obgedachte  
„Münster und Osnabrückische Friedenschlüsse, ..... wie auch inson-  
derheit alles dasjenige, was bey vorigen Reichs-Taegen verabschie-  
det vnd geschlossen, vnd durch die nachfolgende Reichs Constitutionen  
„vnd Gesetze nicht wieder aufgehoben worden, oder bey Reichs-Taegen  
„ferner für gut befunden, vnd geschlossen werden moechte .... steht;  
„fest, vnd vnverbrüchlich halten etc.“ Multis quoque aliis argumen-  
tis haec demonstrari potest imperatoris obligatio. Se intra fines Concor-  
datorum Pontificem coercitum promittit \*\*): „Wir sollen und wol-  
„len auch in künftiger Vnserer Regierung, bey dem heil. Vater, dem  
„Pabst und Stuhl zu Rom Vnser bestes Vermögen anwenden, dass  
„von demselben — die Concordata Principum, vnd die zwischen der

, Kirche,

\*) De concordatis nationis Germ. p. 6. et 7.

\*\*) Neueste Wahl-Capitulat. Art. XIV. §. 1.

„Kirche, Paebstl. Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom vnd der teuts-  
schen Nation aufgerichtete Vertraege.... beobachtet werden.“ Ex  
quibus verbis quam luculentissime reciproca Imperatoris obligatio  
apparet. Sed haec omnia missa facio, vno loco nifus, quo Imperato-  
ri, vt satisfaciat Concordatis strictissime, iniungitur \*) „Auch daroß  
„und daran seyn, dass die vorgemeldete Concordata principum, vnd  
„aufgerichtete Vertraege (nimirum „die zwischen der Kirche,  
„paebstl. Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom vnd der teut. Nat. auf-  
„gerichtete Vertraege, quorum §. 1. eiusdem Articuli mentio fit)  
„gehalten, gehandhabet, und deneriselben festiglich gelebet vnd  
„nachgekommen werde.“ Quid potest proferri lucidius, quid fir-  
mius? num, Imperatoris officia, quae hoc spectant, dubitationi-  
bus obnoxia sunt? num eorum, qui Concordatis vim obligandi  
negare velint, longa opus est refutatione, cum, quae tot tantisque  
paectis iam firmata sunt, denuo curae, custodiae, fideique imperato-  
ris quam diligentissime commendantur?

## §. IV.

*Argumentum tertium hierarchiae consensi Imperii reformanda  
affertur.*

Si totum imperii statum, eius formulam, singulasque leges  
perlustramus, multis aliis patet argumentis, hierarchiam non nisi  
omnium ordinum consensu reformari aut illi aliquid contrarium sta-  
tui posse. Cum enim haec res totum imperium atque religionis in-  
eo statum attineat, in quauis mutatione autem salus imperii vertatur,  
sequitur, eius consensum, id est consensum statuum Imperii in comi-  
tiis, requiri. Imperium scilicet Germanicum hic vti quaecun-  
que alia consideratur res publica, cui ius circa sacra maiestaticum  
competit. Hoc ius vero Imperator solus exercere non potest, sed

potius

\*) N. W. Capit. Art. XIV. §. 1.

potius Imperator et Imperium simul; ita ut exercitium huius iuris  
 communis ad comitia pertineat. Id enim non solum ex yniuersa  
 Imperii constitutione intelligitur, sed loca etiam adsunt, quae id  
 ipsum constituant atque affirmant. *Inscr. Pac. Osnab. Art. VII. §. 2.*  
 statibus Imperii hoc modo prouidet: „Gaudent sine contradictione  
 „iure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii...  
 „nec non . . . vbi alia eiusmodi negotia peragenda fuerint, nihil  
 „horum aut quicquam simile posthac vnuquam fiat, vel admittatur,  
 „nisi de comitiali liberoque omnium Imperii statuum suffragio et con-  
 sensu.“ In NOVISS. CAPIT. CAES. semper ad consensum Electo-  
 rum, Principum et Statuum Imperii respicitur. Loco iam supra al-  
 lato, (Neueste W. Capit. Cap. II. §. 3.) postquam, se omnes Imperii  
 constitutiones et leges sanctissime seruaturum, pollicitus est Impera-  
 tor, haec verba sequuntur: „Vnd wollen unter keiner ley Vorwand,  
 „er seye wer er wolle, ohne Churfürsten, Fürsten und Staenden auf  
 „einem Reichs- oder ordinari Deputations-Tage vorgehende Bewil-  
 ligung, daraus schreiten, sondern dasselbe gebührend handhaben,  
 „und darwider niemand beschwehren, noch durch andere beschwe-  
 ren lassen, auch nicht gestatten, dass in Religions-Sachen jemand  
 „dem Instrumento Pacis, dem Nürnberger Executions-Recess, und  
 „denen mit andern habenden Passis entgegen, vergewaltiget, graviret,  
 „oder turbiret werde.“ Porro §§. 4. 5. „Desgleichen auch andere  
 „des heiligen Reichs Ordnungen und Gesetze . . . erneueren,  
 „und dieselbe mit Consens Churfürsten, Fürsten und Staenden, wie  
 „es des Reichs Gelegenheit jederzeit erfordert, besseren, keines-  
 „weges aber, ohne Churfürsten, Fürsten und Staenden auf Reichs-  
 „Taegen gleichmaßig vorgehende Bewilligung aenderen; (§. 5.)  
 „Vielweniger neue Ordnungen und Gesetze im Reiche machen ....  
 „sondern mit gesampter Staenden Rath und Vergleichung auf  
 „Reichs-Taegen damit verfahren, zuvor aber darinn nichts verfü-

B 1 r. 19. fol. 100v gen

## x

„gen noch ergehen lassen, als welches solchenfalls ungültig und unverbindlich seyn soll.“

Denique *Art. XIV.* §. 3. postquam, vt Concordatis, quantum fieri posset, satisficeret, promissum est, haec cautio adiicitur: „Jedoch „was für Beschwerung darinn gefunden, das dieselbe vermoeg ge- „habter Handlung zu Augspurg in dem 1530ten Jahr bey abgehal- „stenem Reichstag abgeschaffet, und hinführō dergleichen ohne Be- „willigung der Churfürsten nicht zugelassen werde.“ Ex quibus equidem locis et argumentis intelligere mihi video, hierarchiam libero omnium imperii statuum suffragio et consensu reformati de- bere. Ex Imperii recessibus olim conditis multa quoque ad hunc locum spectant capita. REC. AVGUSTANVS de a. 1530. §. 1. ita: „Samt Ihnen alles das fürzunehmen, zu rathschlagen, zu handeln „und zu schliessen, dass zuvoerderst Gott dem Allmächtigsten Ehre „und Lob, gemeiner Christenheit und deutscher Nation zu Wohl- „fart, Friede und Einigkeit, auch dem heiligen Reich zu Nutz, „aufnehmen und gedeyhen gereichen moecht.“

## §. V.

*Quarto argumento, reformationem hierarchiae in ecclesia Germaniae catholica ad comitia pertinere probatur.*

Ad haec omnia igitur, quae hactenus de consensu totius imperii ad reformandam Hierarchiam necessario differuimus, confirmanda in primis quoque iuris publici adhuc potest historia. Ex moribus enim maiorum religionis causae et ecclesiae semper in Comitiis pertractatae fuerunt, vt ex gestis actisque imperii sexcenta exempla inde a Carolingorum aeuo ad nostram usque memoriam allegari queant. Sed quia vberior huius rei expositio a nostro loco abest, et DABMIUS in hoc argumento excolendo et perpoliendo studiose versatus est \*), pauca

\*) Diff. de Iure comitorum imperii circa sacra. Moguntiae 1747. 4.

pauca ex illa ipsa Lutheri reformatione allegabo. Consensu Imperatoris et Ordinum omnia isto tempore constituta fuisse appareat ex RECESSU COMITIORVM NORICORVM a. 1532. quo Augustanae confessioni addictis prima conciliata fuit quies, ex TRANSACTIONE PASSAVIENSIS ET PACE RELIGIOSA 1555. nec non ex ipsa PACE WESTPHALICA. Consensu Imperatoris Ordinumque Imperii statutum fuit \*): „Ius dioecesanum et tota iurisdictio ecclesiastica cum omnibus suis speziebus contra Augustanae Confessionis Electores, Principes, Status... eorumque subditos, tam inter Catholicos et Aug. Conf. addictos, quam inter ipsos solos Aug. Conf. Status usque ad compositionem Christianam dissidii religionis suspensa esto, et intra terminos territorii cuiusque ius dioecesanum et iurisdictio ecclesiastica se contineat“. Nec non aliis locis (vti §. 19. eiusd. Art.) alia iura papalia in bonis Statuum Aug. Conf. diferte tolluntur. E quibus omnibus appetit, vt si ecclesia catholicae fidei amplius in eodem cum hierarchia nexu permanere nolit, id tantummodo in comitiis Imperii libero omnium Statuum suffragio et consensu decerni oportere.

#### §. VI.

*De modo et ordine deliberandi in comitiis super reformanda ecclesiae catholicae hierarchia.*

Cum itaque omnem de innouanda hierarchia deliberationem ad comitia ablegauimus, omnino quaeritur, quis ordo in his deliberationibus seruetur? Evidem et in hac causa regulam puto sequentiam esse, vt suffragiorum pluralitate totum hoc negotium definitur. Posset quidem obiici I. P. Art. V. §. 52. quo cauetur; „in causis religionis .... sola amicabilis compositio lites dirimat, non attenta yotorum pluralitate: et §. 50. si dubii quid, hinc aut aliunde incidat, aut ex causis pacem religiosam aut hanc transactionem tangentibus resuldet, de eo in comitiis vel aliis Imperii conuentibus

B 2

„inter

\* Instr. P. O. Art. V. §. 48.

„inter utriusque religionis proceres non nisi amicabili ratione transfigatur“. At haec loca ad utramque pertinent religionem in corpore erga se inuicem considerataim, ideoque ad regulam istam supra propositam allegari non posunt euentandam. In ipsis deliberationibus, si aut unanimi consensu aut plurium suffragiorum numero aliquid decernatur, id legitimum erit ratumque, si auctoritas Imperatoris acceſſerit. Iuri eundi in partes hic quoque locum dari puto, quippe hoc ad omnes omnino comitiorum deliberationes profertur, ut adeo, si catholicis placeat, noua lege tollere Papatum, idque Evangelicis displiceat, perfugium ad sacram anchoram pateat contra vim et numerum suffragiorum, quod nec Catholicis contra Evangelicos denegandum puto. Tum quidem ad communia iuris publici principia de iure eundi in partes eiusque effectus res redit \*).

Haec igitur ad declarandam nostram sententiam sufficientia arguenda. Sed lubet subnotare quaestiones; anne soli Imperatori ius reformati ex plenitudine potestatis vel iure aduocatiae competit? et: anne solis Catholicis vindicanda sit haec potestas in concilio auctoritate Caesarea congregato? De quibus breui dicam.

#### §. VII.

*Imperatori neque ex plenitudine potestatis, neque ex iure aduocatiae ius innouandi hierarchiam aut tollendi Papatum competere demonstratur.*

Quod primam illam attinet quaestionem, ex natura horum iurium explicanda videtur. Magna quidem ineſt vis plenitudini potestatis Caesareae, nec tamen tanta, vt aut legem vincat aut formulam imperii publicam euerat. Quamobrem si quid in hierarchia innovandum, id ex potestate quidem Caesarea fiat necesse est sed adhibito ordinum imperii consensu et suffragio; qualia exempla suppeditant nobis acta Pacis Westphalicae; ideoque soli Imperatori facultatem compre-

\* Cf. Praef. V. Cl. Opus de plenitudine potest. Caesareae T. II. Sect. I.

§. 68. Diff. de iure eundi in partes Lips. 1786.

competere hierarchiam ex plenitudine potestatis reformandi, negamus. Neque tale ius Aduocatiae Caesaris ecclesiasticae inesse, ex ipsa eius natura patet. Nam si ad ipsam huius iuris notionem redimus, statim id ipsum appareat. Aduocatia enim ecclesiastica ius continet imperatoris, tuendi ac defendendi ecclesiam. Exinde igitur obligatio potius deriuri potest Imperatoris, exercitium potestatis ecclesiasticae tuendi, nec non arcendi aliorum vim et iniurias. Cum hac ipsa notio bene consentit Aduocatiae historia; etenim etsi illa primis initiis tutelam tantummodo continebat iurum rerum papalium, et circa Romanum tantum in Italia territorium versabatur, postea tamen inde ab Ottonis I temporibus, notione ampliata, imperatoris officium significabat, Pontificem eiusque terram, ut et iura hierarchiae contra omnes tuendi ac defendendi impetus \*). Huc quoque spectat, quod semper ab Imperatore praefstari debet iuramentum, et quod NOVISS. CAPITVL. CAESAREA statim Art. I. §. 1. his verbis incipit: „Zum ersten, das Wir in Zeit solcher Vnserer koeniglichen „Würden, Amt und Regierung die Christenheit, den Stuhl zu Rom, „Paebstliche Heiligkeit, und christliche Kirche, als derselben Advo- „cat, in gutem treulichen schutz und Schirm halten sollen und wol- „len,. Quae omnia, vbi recte consideras, arguento sunt firmissi- mo, Imperatori facultatem tuendi quidem, sed non reformandi aut abo- lendi hierarchiam datam esse, contra si quaeratur, quid sit Imperatoris, vbi alii hierarchiae derogare, aut ipsius iura diminuere cupiant? ex ipsa aduocatiae notione hoc petitur, vt Pontificis iura contra omnes defendat atque tueatur laesiones, quippe per pacta electionis ad hoc ipsum tanquam ecclesiae aduocatu obstriclus est. Tantum igitur abest, vt ipse Imperator, qua aduocatus ecclesiasticus reformat, siue (quod idem proprie volunt, qui de hoc imperatorem compellant)

B 3

\* Cf. omnino Praefidis V. Cl. Abhandlung von der kaiserl. Aduocatiae,  
I. Abschn.

vt diminuat hierarchiam, vt potius, quo minus hoc fiat, impedire teneatur. Atque ita Aduocati officium ecclesiasticum iis, quae reformans hierarchiam spectare, sibique proponere debet, haud quam conuenire, statim appareat. Quodsi nihilominus placeat singularis principibus, aut secularibus aut ecclesiasticis, innouare hierarchiam ac Papatum tollere, rem ad comitia deferant, necesse est, vt communi consilio et suffragio eorum quorum interest, decernatur quod ad totius Imperii spectat salutem. Tum quidem Imperator auctoritatem dabit non vt Aduocatus ecclesiae, quae persona in comitiis non cernitur, sed vt Imperator; iugum papale ex plenitudine potestatis dissoluetur, et nunc exsecutio ad Imperatorem ex imperii formula redibit. Qui alia incedunt via, atque obligationem multis secularis, multis pauciis, multis legibus firmatam, agnitam, statutam exuunt, imperii constitutioni vim inferre mihi videntur.

§. VIII.

*Concilio hierarchiam reformandi facultatem non competere demonstratur.*

Alteri vero quaestioni dat locum id quod in conuentione ista Amisiana consulendo proponitur, nimirum vt Caesarea Maiestas de concilio nationali instituendo operari det. An hoc Imperii formae conueniat, videamus. Difficultates eidem, quas quilibet rerum publicarum peritus praeuidere potest, ex concilio nationali necessario exorturas, commemorare hic nolo: sed vt rite rem propositam definiamus, duplex conciliorum distinguenda est ratio. Si concilium nationale Imperatoris auctoritate de reformanda hierarchia congregandum ex solis ecclesiae catholicae Praefulibus sibi quis singit, plane negamus, quaestionem illam in confessu Antistitum ecclesiae Germanicae definiri posse. Hierarchia enim pactis imperii publicis mititur, quippe in Concordata Nationes Germ. confensere simul ecclesiastici et seculares principes, id quod exinde appetet, quia „plurimum

„morum sacri Romani Imperii Electorum, aliorumque eiusdem (Alemannicae) nationis tam ecclesiasticorum, quam secularium principum consensibus accendentibus conclusa, laudata et acceptata esse“ dicuntur. Alia commemorare pacta animus non est. His autem pactis obligantur in primis principes ecclesiastici, qui quidem ipsi in synodum coire, obligationemque impositam ac suscepitam pro lubitu excutere non possunt. Deinde illa ipsa hierarchia et subiectio sacra ad statum Imperii publicum pertinet, legibusque firmata est; confessus clericorum autem neque iuri publico, neque legibus fundamentalibus derogare potest; ideoque sequitur, ut hierarchia in concilio clericorum nec possit nec debeat reformari. Quod si vero concilium in sensu juris publici antiqui acceperis, et congregationem principum Imperii tam secularium quam ecclesiasticorum intellexeris, tum quidem in concilio nationali Teutonico illa quaestio moueri poterit; sed nihil nunc refert, comitia dixeris ex hodierno stilo, an concilium ex iuris antiqui et medii notione.

Haec fore sunt, quae ad probandam firmamque inferuire videntur sententiam: Hierarchiam non nisi ordinum consensu in Imperio Romano-Germanico esse reformatam. Haud equidem dubito, fore multa, quae desiderentur hoc pertinentia, fore plerosque, qui longe grauiori egere argumentatione id ipsum censeant, ideoque reprehendant me his paucis plagulis de re tanti momenti verba facere atque existimare audentem. Sed mihi fatis hoc visum fuit, singula quaedam summationem proposuisse, quorum solidam, doctam, accuratam, omnibusque numeris absolutam explicationem a viris auctoritate et doctrina pollentibus expectare debemus.

# CHRISTIANO GVIELMO FRANKIO

S. D. P.

## CHRISTIANVS GOTTLLOB BIENERVS.

**C**um TIBI placeret periculum aliquod scribendi facere et libellum more  
academico ad disceptandum proponere, nulla materia aut ad tem-  
pora nostra accommodior, aut disquisitione et examine dignior aut ad  
ipsam disceptationem publicam aptior mihi succurrebat, quam quae tum  
in omnium ore versabatur de hierarchia per Germaniam coercenda et tol-  
lenda statuque ecclesiae catholicae publico in melius reformando, quaestio.  
Quod quidem argumentum cum et TIBI probaretur eius tractationem  
instituisti breuem quidem, ut intra fines legitimos contineretur libellus,  
ita tamen excultam, ut doctiores inde occasionem ulterius meditandi ha-  
berent, imperitiores rerum publicarum institutionem caperent, omnes au-  
tem cognoscerent et ingenium et diligentiam et doctrinam TVAM. Quod  
enim in fronte libelli auctor inscribi nolueris, quae TVA erat modestia,  
laudem TVAM minuere nequit. Itaque reddo TIBI libellum omnino  
TVVM, Vir ornatusime! quae ipse enim addidi, numerum non faciunt,  
gratulor TIBI hoc diligentiae et ingenii specimen, TVISque Parentibus  
Optimis, Honefissimis, filium, quem ipsis gaudio honorique futurum  
auguror. Accipe quas TIBI debo, Amice Suauissime! gratias, quod  
me in societatem laudis laetitiaeque TVAE vocasti, meque TIBI ani-  
cissimum amare perge!

Dabam in uniuersitate studiorum Lipsica ipsis Idibus Maii

CIDICCLXXXVII.


**ULB Halle**  
003 335 402

3



*Gl.*





DE

17876.

12.

HIERARCHIA  
CONSENSV ORDINVM IN IMPERIO  
ROMANO-GERMANICO  
REFORMANDA

AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

D. CHRISTI. GOTTLLOB BIENERO

IVR. NAT. ET GENT. PROF. PVBL. ORD.

A. D. XXIII. MAII CICICCLXXXVII

H. L. Q. C.

D I S P V T A B I T

CHRISTIANVS GUILIELMVS  
FRANKE

LIPSIENSIS

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIA

